

Christian Woldenberg Andreas Rise

Disputatio Iuris Altera De Aetate Canonica Et Qualitate, Et Ordine Praeficiendorum

[Rostock]: Kilius, 1661

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735210764>

Druck Freier  Zugang



heutefüliges Alter
Qualität und Bedeutung für
Führungskader - Aufsicht

RU zur 1667.

Christian Woldenberg, Pres. / 6

Marius Riech, Resp.

13
DISPUTATIO JURIS ALTERA
DE
ÆTATE CANONICA
ET QUALITATE, ET ORDINE
PRÆFICIENDORUM,

Quam

In Illustri ac vetusta Rosarum Academiâ

PRÆSIDE

CHRISTIANO WOLDENBERGIO,

Crempâ-Holsato Phil. J. U. D. & Decretalium
PP. Ducali,

*Publico eruditorum examini, in Auditorio
Majori exhibet*

ANDREAS RISE, Stolpâ Pomer.
L L. Stud.

Mense Januario. d.

*Infames sunt, qui contra innocentes Principum animos ad
iracundiam provocant. c. Infames 17. causa 6. q. 1.*



Typis JOHANNIS KILII Academiæ Typographi,
ANNO MDC LXI.

DISPUTATIO JURIS ALTERA
DE
STATU CANONICA
ET QUALITATE ET ORDINE
PRAEFICENDORUM

Quam

In Illustri ac vobis Illustrissimis Rectoribus Academiae

PRAESIDE

CHRISTIANO WOLDENBERGIO,

Compt. Hofrat. Phil. J. U. D. & Doctoratum

P. Doct. h.

Publico ex officio examinari, in Auditorio

Cal. h. v. h. d. b.

ANDREAS RISE, Scholae Praefectus

L. h. d.

Schola Praefectus d.

Examinandus, qui contra praesentem Principum collegium
in Auditorio praesentem a. h. d. v. h. d. b.



Typis Johannis Klett, Rostocki Typographi
anno 1751



Prooemium.



Uoniam in primâ mea, de Ætate Legali, ante annum habitâ disputatione, hujus secundæ, de ætate Canonica mentionem feci, utique professioni & promissis secundum L. 20. D. de Oper. Libertor. & θ. 12. Disp. prioris, conveniens est, ut ea, quæ restant, suppleam, & quæ ex jure Canonico, huc transferri possint, diligenter connotare allaborem. Ansam autem de ætate Canonica conscribendi disputationem præbuit ipsum c. 2. Extr. de despons. impub. quod ita sonat: Ubi non est consensus, (addatur in textu) utriusque, ibi non est conjugium. Distinctius in hibemus, ne aliqui, quorum uterque, vel alter ad ætatem legibus, vel canonibus determinatam, non pervenerit, conjungantur: nisi forte aliqua urgentissima necessitate interveniente: utpote pro bono pacis talis conjunctio toleretur, uti jam factum in Gallia, & Hispania, & fieri potest in Dania, & Svecia, Electoratus & Ducatibus, quibus hoc indultum, & non ad privatos extendendum. Alias enim prohibetur c. hæc quippe 10. causa 3. q. 6. Unde versus: Pax ut servetur, moderamen juris habetur. Hujus capituli intuitu, cuius ob oculos positum est, Canones ætatem certis limitibus in conjugio, Beneficiis, & functionibus, & dignitatibus Ecclesiasticis circumscribere, ut ita non inanem mihi visus fuerim operam locare. si æque in Jure Canonico, ac in jure Civili, uti in priori feci, ætatum spatia observarem, & imprimis Serenissimis nostris Principibus, DIC CLR HIC demonstrarem, & novæ professionis novos fructus submississimè exhiberem, & hac ratione, justas in Inaugurali oratione positas querelas legitimo tramite refricaret, & planius & plenius loco competenti explicaret. MORIT

me etiam insignis Aristotelis locus ex lib. 2. Rhetor. ad Theodecten. c. 12. qui θ. 3. prioris disputationis respondet, ubi mores, qui spectantur in auditoribus & juvenibus declarare laborat, & ita telam pertexit: Τα ἢ ἦν ποῖοί πινες, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰς ἕξεις, καὶ τὰς ἡλικίας, καὶ τὰς τύχας, διέλθωμεν κτὶ ταῦτα. i. e. Moribus autem quales sint secundum affectus, & habitus, & ætates, & fortunas posthæc explicemus. Ubi postmodum ætatem optimè dividit, & mores cuique ætati consentaneos eleganter, uti solet, assignat. De ætate ita infic. Ηλικίαι δὲ εἰσι, νεότης, καὶ ἀκμὴ, καὶ γῆρας. i. e. Ætates autem sunt juventus, & vigor, & senectus. Quibus indicare voluit, ab ætate etiam certa indicia sumi. Non enim omnia scelera æquè omnibus ætatibus conveniunt: Alia puer concupiscit, alia vir, & alia senex. vid. Bonifac. de furt. p. 60. n. 37. Adde quæ Magirus habet in Polymnemone in verbo ætas, n. 2. & Ernestus Coth. in Resp. Academ. 44. n. 15. usque 26. Et hæc ita sese habere, ad oculum ex Aristotele allegato loco, quem non piget huc allegare, demonstrari potest.

οἱ μὲν οὖν νέοι, τὰ ἦν εἰσὶν Ἰππιτυμηθικοὶ, καὶ οἱ ποιεῖν ἂν Ἰππιτυμησῶσι. Καὶ τὸ ὡεὶ τὸ σῶμα Ἰππιτυμῶν, μάλις ἀκλουθητικὸί εἰσι τὸ ὡεὶ τὰ ἀφροδίσια, καὶ ἀκρατεῖς ταύτης. Ευμεταβολοὶ ἢ καὶ ἀψυχοὶ πρὸς τὰς Ἰππιτυμίας, καὶ σφόδρα μὲν Ἰππιτυμῶσι, παχὺ δὲ παύονται. Ὄξεῖαι γὰρ αἱ βελήσεις, καὶ οὐ μεγάλαι, ὥσπερ αἱ τὸ καμνόντων δίψαι καὶ πέναι. Καὶ θυμικοὶ, καὶ ὀξύθυμοι, καὶ οἷοι ἀκλουθεῖν τῇ ὀρμῇ. Καὶ ἠήτους εἰσὶ ἔθυμῶ. Διὰ γὰρ Φιλοτιμίαν οὐκ ἀνέχονται ὀλιγωρέμενοι, ἀλλ' ἀγανακτῶσιν ἂν ὀινωτῶν ἀδικεῖν. Καὶ Φιλότιμοι μὲν εἰσι, μᾶλλον ἢ Φιλόνοι. Ἰπεροχῆς γὰρ Ἰππιτυμῆ ἢ νεότης. Ἡ ἢ νίκη ὑπεροχῆς, καὶ ἄμφω ταῦτα μᾶλλον, ἢ Φιλοχρήματοι, Φιλοχρήματοι ἢ ἠκισα, ἀλλὰ τὸ μήπω ἐνδείας πεπεισθῆναι. ὥσπερ τὸ Πιθηκῶν ἔχει διπλοφθγμα εἰς Ἀμφιάραον. Καὶ οὐ κακῆθεις, ἀλλ' εὐήθεις, ἀλλὰ τὸ μήπω πεθωρηκεῖναι πολλὰς πονηρίας. Καὶ εὐπιστοι, ἀλλὰ τὸ μήπω πολλὰ ἐξηπατῆσαι. Καὶ εὐέλπιδες, ὥσπερ γὰρ οἱ οἰνωμένοι, οὕτω ἀλάτρημοι εἰσιν οἱ νέοι ὑπὸ τῆ φύσεως. Ἄμα ἢ καὶ ἀλλὰ τὸ μήπω πολλὰ ἀππετυχεῖναι, καὶ ὥσπερ τὰ πλεῖστα ἐλπίδι. Ἡμῖν γὰρ ἐλπίς, ἔμελλεν ἴός ἐστιν.

Ἡ ἢ

Η ἡμνήμη, ἔπαροιχομένη. Τοῖς ἡνείοις, τὸ μὲν μέλιν πλὺ.
 Τὸ ἡ παρρηλιθὸς βραχὺ. Τῇ δὲ πρώτῃ ἡμέρᾳ, μεμνηθῶν μὲν
 οὐδὲν οἰονταί, ἐλπίζεν ἡ πείρα. Καὶ εὐεξαπία τῆς εἰς Δία ἔ
 εἰρημένον. ἐλπίζουσι δὲ εὐδίας. i. e. Juvenes quidem moribus sunt
 cupidi, ἔ parati ad ea efficienda, quæ concupiverunt, ἔ ex cupiditati-
 bus, quæ circa corpus versantur, maximè ejus sectatores sunt, quæ circa
 res veneras est, ἔ incontinentes ipsius. Et in horas mutabiles. Et sa-
 stidiosi in cupiditatibus. Et valde quidem concupiscunt, celeriter vero
 sedantur. Acutæ enim voluntates eus sane, ἔ non perdurantes, cujusmo-
 di sunt agrotantium fames, ἔ sitis. Et excandescentes, acutè ex-
 candescentes ἔ parati ad impetum sequendum. Et obnoxii sunt iræ.
 Nam propter studium honoris non patiuntur se parviferi, sed moleste
 ferunt, si existiment se injuriâ affici. Et studiosi honoris quidem sunt,
 sed magis victoriæ. Excellentiam enim cupit juvenis. Et victoriæ ex-
 cellentia quædam est. ἔ ambo hæc magis sunt, quàm ut sint studiosi pe-
 cuniarum. Studiosi autem pecuniarum sunt minimùm, quia nondum
 indigentiam experti sunt: quemadmodum Pittaci se habet apophthegma
 in Amphiaræum Et non malorum morum, sed bonorum, quia nondum
 conspexerunt multa mala. Et creduli, quia nondum in multis decepti
 sunt. Et bonæ spei: Ut enim remulenti, sic calidi sunt juvenes natura:
 simul verò etiam quia nondum in multis opinione lapsi, ἔ vivunt ut plu-
 rimum spe. Nam spes futuri est, memoria verò præteriti (repetit hoc
 dictum c. seq. 13. de moribus senum) Juvenes autem futuri multum
 habent, præteriti verò parum. Primo enim tempore se meminisse nihil
 arbitrantur, sperare autem omnia. Et idonei sunt, qui decipiantur, ob id,
 quod dictum est. Sperant enim facile. Et viriliores. Iracundi enim, ἔ
 bonæ spei, quorum illud, ut ne metuant, hoc, ut confidant, efficit. Ne-
 mo enim, qui irascitur, metuit. Sperare autem aliquid boni, asserendæ
 fidentie vim habet. Ulterius vocat juvenes verecundos, magnanimos,
 ἀπειροῦς, φιλοκάλους, φιλοφίλους, denn sie seind gesellig/ als
 lemands Freunde/ φιλοταίρους, peccantes in magis ἔ minus, δοκησι-
 σόφους, ἔ παντολάβους, misericordes, φιλογέλωτους, facetos. Η γὰρ εὐ-
 τραπελία πεπωδευμένη ὕβρις ἐστίν. Facetiæ erudita contumelia
 sunt. Wann einer den andern so hönisch und unvermercket auffsie-
 hen kan. Quod tamen non semper bene cedit Pseudopoliticis, quibus

nulla ciconia pinxit à tergo. Aliquando sunt insulsi & crassi asini, & ar-
tem εὐτεταπιδος non rectè hausérunt, & verborum labyrintho se invol-
vunt, ex quò pudore suffusi vix se explicare possunt. Hi monentur, ut tam
diu taceant, donec civiliter aliis illudere didicerint.

In capite sequenti. 13. de senioribus pergit, & dicit, quod priori-
bus contraria peragant, in moribus & actionibus. Ipsi fami-
liare est in controversiis & discursibus, de quibus infra: Forsan & for-
tasse, τὰχα, omnia dicunt sic, asseveranter autem nihil, Omnia in pe-
jus interpretantur, & quæ ibi pluribus legi possunt. In capite autem
14. de moribus virorum dicit, οἱ ἥ ἀρχαῖοις: i. e. Vigentes autem
apparet interjectos inter hos moribus futuros, utrorumque detrahendo ex
superantiam, & paulò post. Ut autem in universum dicam quæcumq;
sibi distribuérunt Juventus & senectus, ex commodis ea qui habent.
Quæcumq; verò excedunt, aut deficiunt, eorum, quod moderatum est,
& conveniens. Viget autem corpus à triginta annis usque ad quinque
& triginta: animus verò circiter unde quinquaginta. Ac de ju-
ventute quidem, & senectute, & vigore, quales mores quæque ætas ha-
beat, tam multa dicta sint. Et hæc hucusque nostram propositam ma-
teriam spectare arbitramur. Quæ in cap. 15. de moribus Nobilium,
& in c. 16. de moribus divitum, & in c. 17. de moribus potentum &
fortunatorum proponit, Oratoriæ reservamus. Et hæc ratione ætatis
cui θ. 7. prioris disp. consentit, ab Aristotele divisæ & exhibitæ in an-
tecessum apposuisse sufficiat. Plura quæ de variâ ætatis acceptione, ex-
tra illa, quæ in priori posita sunt, per numerum alphabeti copiosissime tra-
dita legi possunt, in foro Romano, sub voce Ætas, Basileæ 1578. edito.

Glossa autem in præmio libri sexti decretalium, in verbo per-
fectus auxit Aristotelis divisionem, & sex enumerat ætates hominis, uti
in priori itidem innuimus. θ. 10. Sic & sex sunt generationes mundi,
Quarum prima ab Adam usque ad Noë (in hac fuit institutio, & lapsus
generis humani) secunda usque ad Abraham (In hac fuit generis humani
destructio per diluvium, & renovatio) Tertia usque ad David (In hac fuit
circumcisio, & legis constitutio) Quarta usque ad transmigrationem
Babylon (Floruit lex in hac sub regibus & Prophetis) Quinta usque ad
adventum CHRISTI, (Fuit in hac populi captivatio, & redemptio.) Sexta
usque ad finem seculi (sub hac humani generis redemptio, & quæ secun-
dum Arithmeticos ibi ulterius ponuntur. Adde can. un. causa. 3 §. 9. 4.

Felin,

Felin. in c. 41. de Offic. & pot. jud. deleg. ubi allegat. Joh. Andreæ in c. literas. 4 super verbi complevisset Extr. de despons. Impub. & Archidiacon. in c. 1. de Cleric. ægrot. in Sexto. & plene Joh. de Anania in rub. de delict. pueror. ubi vide. Paulus Fuscus in singular. in utroque jure, in verbo ætas, ita pergit. *Sex sunt ætates. Prima infantiam usque ad septennium (tam in masculino, quam in femina. L. si infanti 18. & ibi. Gl. C. de jur. delib. & ibi Alexand. & in c. un. de despons. impub. in sexto. (Hæc parenthesibus inclusa Johannes Bertachinus habet in repertorio) secunda pueritia, usque ad duodecimum annum in femina, in masculino vero usque ad 14. (Gl in c. si pater. i. de Testam. in Sexto. Joh. Andreæ in rubr. Extr. de delict. pueror.) Tertia adolescentia usque ad 25. (L. 1. in fin. D. de Minor.) Quarta juvenus, vel virilis ætas usque ad 50. annum. (in c. juvenis 3. extra de sponsal. in L. non aliter. 69. D. de Leg 3.) vide i. th. 33. Quinta senectus usque ad 70. annum. (per text. in c. 1. & 2. de Renunciat. in sexto. Et habetur de eâ in (L. non aliter) Sexta & ultima dicitur esse senium, seu decrepitas aliarum ætatum, durans usque ad centum annos, cum homo amplius vivere communiter non præsumatur. L. fin. C. de Ss. Eccles. (adde, quia ÷ finis vitæ longævi hominis est. L. 56. D. de Vfufr. L. 8. D. de usu & Vfufr. leg.) Longissima enim ætas dicitur 100. annorum. Licet grave sit tantum vivere, nisi pro servitio DEI, ut dicit Ecclesia in festo B. Martini. Est enim vita hominis in hoc mundo quædam peregrinatio, quæ non cessat, nisi ad portum salutis sit perventum. Sicut & ipse Christus peregrinus fuit in hoc mundo. c. quod quidam 97. § opponitur, causa 1. q. 1. Gl. inc. recurrat. 2. causa 32. q. 4. Unde Apostolus in epist. ad Philippenfes. c. 1. v. 23. scribit. Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Et Propheta Ps. 90. v. 10. Anni nostri sicut aranea meditantur, dies annorum nostrorum in ipsis 70. si autem in potentatibus 80. annis, amplius eorum labor & dolor. Vide Luc. Flor. in epit. lib. 1. in præem. fol. 3. col. 2.*

Thef. I.

Ætas Canonica est illud spatium, quo quis canonicis permittentibus, conjugia ineundi, & munera Ecclesiastica obeundi potestatem salutis publicæ causâ consecutus est.

Hæc definitio est Accidentis, quæ loco generis formam, & differentię nomine materiam complectitur, ut & causas ex quibus constat,

Def.

constata, ob oculos ponit. Definitum, nempe *Ætas Canonica*,
ex c. 2. extra de desponsat. Impub. nobis natum est, *uti in proam.* me-
moravimus. Genus est spatium, quod ex definitione ætatis legalis
speciali retinuimus. Efficiens in hac definitione discrepat à priori.
Uti enim causa Efficiens ibi *Lex* erat: Ita hîc est *Canon*, ex cu-
jus præscripto, quis aptus ad conjugia, beneficia, & dignitates Ec-
clesiasticas redditur, & quæ hisce annexa. Materiam constituunt
prædicta conjugia, & dignitates, subjectum exhibent personæ ha-
biles, juvenes, viri, senes, quatenus ætatis beneficio, tam in civilibus
quàm in criminalibus se tueantur, atque defendant. *Vide ð. 28.*
disp. prioris de Ætate Legali. Finis est salus publica, quæ canones in
omnibus sibi tanquam cynosuram propositam habent. Forma, uti
modò dixi, est spatium, uti autem illud rectè sciri possit, de ætatis
probatione in priori disputatione. *ð. 35.* agendum esse putavi, ad
quam lectorem remitto, ubi habetur per quem, quando, &
quomodo probetur. Et cum ætas facti esse dicatur, eam
probendam esse notavimus. Quæ enim facti sunt, de his in genere
constitutum legimus, quod non præsumantur, sed allegata pro-
bari debeant. *Vide c. cum in jure 31. extra de offi. Jud. delegat. c. 1. de*
constit. in sexto. Quando autem quæritur: Cui incumbat onus
probandi ætatem? communiter concluditur, quod fundans se su-
per ætate majori, vel minori, debeat illam probare. *Vide Felin. in*
c. 8. extra de Probat. n. 28. c. Presbyter. 4. D. 78. Et ideo volens impu-
gnare electionem ex defectu ætatis, debet illam probare, & si ele-
ctus, de cujus ætate dubitatur, petit confirmari, debet probare se
minorem. Et hoc est verum, ubi principaliter allegatur ætas, se-
cus si allegatur actus includens ætatem accessorie ad sui validita-
tem, quia probato actu, præsumitur ætas ad ipsum idonea.

Thef. II.

Divisio ex prædictis & *ð. 12.* prioris disputationis suâ sponte
elucescit, nempe in civilem, & canonicam, de illâ in prio-
ri, de hac in præsentî ulterius telam cæpram pertexturi sumus.

Thef. III.

Ætas Canonica vel est legitima, sive justa; vel
pupillaris, sive minor. Et utraque subdividitur in veram,
& fi-

& fictam. Legitima est, quando quis expleverit' pubertatis annos, c. 7. 8. & 10. extra, de despons. 1. Impub. de alterà vide θ. 20.

Thef. IV.

Considerabimus autem ætatem canonicam, primo, in materia conjugiorum, secundo in Beneficiis & dignitatibus Ecclesiasticis, virtutis virili, de Ætate & qualitate, & Ordine præficiendorum. Tertiò in aliis civilibus & criminalibus actibus.

V.

In matrimonio itaque Jure Canonico non consideratur principaliter ætas, sed potentia generandi, c. puberes 3. Extra, de Despons. impub. ibi. Puberes à pube sunt vocati. i. e. à pudentiâ corporis (ibi legendum à pudendis corporis) nuncupati, quia hæc loca primo lanuginem ducunt. Quidam tamen ex annis pubertatem æstimant. i. e. eum esse puberem, qui quatuordecim annos impleverit, quamvis tardissimè pubescat. Certum autem est eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare jam potest, Vide Cujac. ad d. c. & quæ in prælectionibus ibidem monui, præsertim ad ultima verba d. cap. Puerperæ sunt, quæ in annis puerilibus pariunt, quod falsissimum esse demonstravi. Aliàs Anna, Margareta, vel alia quadragenaria pariens non esset puerpera. Ancharanus in c. 1 Extra de Testam. in sexto in 7. collat. de Taxationibus temporum, nulla ratio reddi potest, nisi quod ita placuit legislatori, adde Bartholomæum Cepollam. in tr. suo Emption. & Vendit.

Thef. VI.

Unde infra duodecim annos quædam esse uxor potest, si malitia supplet ætatem, c. 9. Extr. de desponsat. Impub. Gl. in c. 21. Extr. de sponsal.

Thef. VII.

Alias communiter ætas ad matrimonium contrahendum tam secundum Leges, quam secundum Canones est 12. annorum in feminâ, L. 4. D de R. N. & quæ ib. not. c. 2. N. 100 ubi quindecim anni ponuntur, & c. continebatur 6. Extr. de despons. Impub. In Viro 14. annorum c. attestaciones 10. d. 1. c. illud. 10. causa 20. q. 1. c. ad nostram 8. Extr. de Regular. Nec refert, quod puer quidam novem annorum nutricem suam imprægnaverit, referente ex Gregorio, Glossa in summâ causa

20. q. 1.

29. q. 1. quia hoc est exemplum raram, 'quod non debet venire in consideratione. L. 14 D. de LL. Prædicta ætas requiritur etiam in proficiente. c. 8. 12. 14. Extra de Regular. & transeunt. ad relig. Quia vero in Insulis dura est congregatio monachorum, ideo pueri in eorum monasteriis ante 18. annum suscipi prohibemus. c. 6. de Regular. Strzeinius in prolegom p. 24.

Thes. VIII.

Quantum autem ad sponsalia attinet, Ætas septem annorum sufficit L. in Sponsal. 14. D. de Sponsal. c. literas. 4. Extra. de Desponsat. Impub. & c. duo. 12. d. t. legitima ætas dicitur, quando quis expleverit pubertatis annos; c. 7. 8. 10. Extra. d. t. L. 2. C. Simater indemn. promiserit, & apud Arnob. in Ps. 8. Non tantum, inquit, ætates legitimas, sed etiam infantes & lactantes ad laudem DEI erumpere.

IX.

Queritur de filio adulto, quem pater matrimonium contrahere vult, an sine voluntate filii adulti hoc facere possit? Decisio h. q. est in c. 1. Extr. de desp. impub. cujus summa hæc est. Quod pater pro filio impubere matrimonium contrahere possit, & filius postquam pervenerit ad perfectam ætatem matrimonium omnino adimplere debeat. Pro pubere vero non possit, nisi consentiat. Idem habetur, in can. Tuâ sanctitas. 2. causa 31. q. 2. verba ita sonant: Tua sanctitas nos requisivit frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium contrahere vult, si sine voluntate filii adulti facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Potest autem de filio nondum adulto, voluntas cujus nondum discerni potest, pater eum, cui vult, in matrimonium tradere, & postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino observare & adimplere debet. Hoc ab omnibus orthodoxæ fidei cultoribus sancitum à nobis tenendum mandamus. Ratio, Teste Ungewauer. ad d. 1. quoad filium impuberem est, quia voluntas ejus discerni non potest. d. c. 1. ante annos discretionis. can. un. causa 30. q. 2. Unde videtur pater in hac specie ejus voluntatem atque consensum suppluisse, & perinde matrimonium, quod pater fecit, ratum ac firmum esse, atque si consensus ipsius filii intervenisset, secundum Cujac. ad d. c. 1. Quod vero dicitur in c. un. §. porro ex sponsalibus de desp. Impub. in Sexto. Filios impuberes non aliter obligari ex contracto

tractio per parentes matrimonio, quam si & ipsi consenserint, hoc ita videtur intelligendum, nisi impuberes justam habeant reluctandi causam, ut quia uxorem à patre sibi datam averfantur, quam non tenentur contra suam voluntatem retinere, quia invitæ nuptiæ difficiles solent habere exitus, *c. requisivit. 17. Extra de sponsal.* Ratio vero quoad filium adultum est, quia ipse habet consentium atque voluntatem, unde sine ejus voluntate matrimonium à parente contrahi non potest. *c. tuanos. 26. Extra de sponsal.*

Thef. X.

Ratione ætatis matrimonialis adhuc quæritur. An corrumpens virginem immaturam, i. e. minorem duodecim annis, aliter puniatur, si sit nobilis, & aliter si sit vilis? Quod affirmatur per vulgatum illud, *L. si quis 38. §. 3. D. de pæn. Guid. Pap. decis. 555. Gram. Decis. 22. Bosius in Practica Crim. in tit. de coitu damn. & punibili n. 67. p. 296.* Mihi cum Paulo Fusco Episcopo Ravell. placet opinio Baldi, qui in utroque ultimum supplicium imponi debere arbitratus est, *Adde Julium Clarum. Hamburgi 1649. D. de Gratiâ, Nobilis Tirolensis SS. Theol. & Juris Doctor, non mitiorem quovis plebejo pœnam invenit, sed in minore contra naturam commissam luxuriam capite luit.* Prædictus Bosius in tit. de Extraordin. Crimin. n. 3. refert, quod Jacobus Trivultius vices gerens Regis Gallorum Mediolani, securi percuti jussit Gallum, qui rapuerit osculum Dominae Susannæ Trivultia mulieri nuptæ. *Vide notabiliter Bosium in tit. de coitu damnato. n. 26, 27, 28, 29.*

Thef. XI.

Progredimur ad Beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, ubi primò καὶ ἄριστον, deinde καὶ θεῖον prædictas functiones repetemus. Videbimus proinde, qui incapaces hujus muneris, ut ita appareat ex contrariis juxta se positis, qui spartis admoveari condigne possint. Removentur itaque à Beneficiis, & dignitatibus Ecclesiasticis quidam natalium vitio. *Vide Tiraquell. de Nobil. c. 15.* Unde ab ordinibus arcentur imprimis filii Presbyterorum, alique illegitime nati, *c. 2. & 12. Extra de filiis Presbyt. Unde idem tit. in Sexto habet, de filiis Presbyterorum, & aliis illegitimè natis.*

B

tis.

tis. Et hoc tribus potissimum de causis. 1. Ob excellentiam, *c. inter dilectos u. Extra. de Excess. Prælator.* 2. In detestationem paterni criminis, *c. 10. Extr. de Hæretic.* 3. Ob timorem incontinentiæ paternæ. *c. figens. Anglorum 10. D. 56.* juxta tritum illud: Sæpe solet similis filius esse patri. *Vid. Vallens. in paratit. Jur Canon. d. tit. n. 1, 2. & seqq. adde c. 7. in fine pr. & c. 25. extra de Elect. c. 14. & 18. extra de fil. presbyt. Finckelth. de Jur patron. c. 6. n. 55.* rationem addit hanc. Ecclesiæ honestas maximè deformatur, si non legitime nati ad beneficia curam animarum habentia promoveantur, *c. 2. D. 83. Palæott. de spuris. c. 58.*

Thef. XII.

Et quoniam natalium vitio, uti dictum, seu illegitimate quidam prohibentur, quæ est impedimentum originis. Sequitur secundò de servitute, quæ est impedimentum conditionis. Prohibentur enim servi ordinari absque consensu Dominorum suorum, nisi prius ab illis libertatem fuerint consecuti, *c. 1. 2 & 5. extra de serv. non ordinand. & 10. à pane. D. 54. vid. insignis distinctio Glos. ad c. 2. d. 1.*

Thef. XIII.

Prohibentur (3.) Syndici Universitatum, aut Collegiorum, tutores, curatores, actores, executores sententiarum aut testamentorum, procuratores, & id genus hominum, qui reddendis rationibus publicis, quæ ratiocinia appellantur, obligati sunt. Sic enim ante officium finitum, & rationes redditas ordinari prohibentur. *c. un. extra de oblig. ad ratiocinia, ordin. vel non c. Legem. 1. D. 53. ubi rationem vide. Vallensis, Hostiensis & alii d. 1.* Prohibentur (4.) quidam corporis vitio, de quo videatur *D. 49. & 55. adde Levit. 21. c. 6. extra de corpore vitiatis non ordinand. adde tit. Extra de Clerico ægrotant. vel debilitato, eo quod incompositio corporis inæqualitatem indicet mentis c. ult. D. 41.* Prohibentur (5.) Bigami, *c. 1. & 2. extra de Bigamis non ordinand. c. 1. D. 32. Gl. in c. 2. d. 1.* Bigamiam triplicem constituit, veram scilicet, Interpretativam seu ex interpretatione juris, & similitudinariam seu per analogiam quandam *Vallens. in parat. d. 1.* Prohibentur

bentur (6.) Clerici peregrini, *tota D 71. 11. extra de peregrin. non ordinand. e ult. de tempor. ordinat. in Sexto.* Differt autem Tit. de Clericis peregrinis non ordinandis, à tit. lib. 2. Decretal. de Clericis peregrinantibus. Quoniam ille agit de Clericis peregrinis, respectu ordinum suscipiendorum; hic vero respectu litium, quatenus ratione peregrinationis gaudent, vel non gaudent aliquibus litigantium privilegiis.

Thef. XIV.

Prohibentur & alii quidam, qui ordinari non possunt,
1. Non baptizati. 2. Secundum Catholicos non confirmati. 3. Mulieres, & Hermaphroditi, 4. Illiterati. Unde dixit Præceptor meus p. m. Dn. D. Finckelthufius *3Ctus consummatissimus in tr. de Jur. patron. c. 6.* Idoneus præsentandus à patrono, quoad literarum & linguarum, & SS. Theologiæ cognitionem, n. 63. Nov. 123. c. 1. & 12. c. 36. D. 63. c. 1, 2. D. 36. c. 3. D. 55. c. 7. *extra de Elect. c. 10. vers. pro defectu. extra de Renunc. c. 29. extra de Prab. c. 15. extra de etate & qual. c. 11. extra de Rescript.* In sacerdote enim requiritur, ut non tantum sit *διδάκτων*, sed & *ἐλεγκτικός*, h. e. ut non docere solum verbum DEI, sed & contradicentes redarguere possit, *Ad Tit. 1. v. 9. c. qui Episcopus 2. D. 23.* Reprobatur enim & damnatur ignorantia talis, qualis in Clerico abbreviata legere iussu, notata: Otto DEI grā (gratiā) rogat vestram Clā (Clementiam) ut velit hunc Clm. (Clericum) conducere in vrm, Diacm. (vestrum Diaconum) Et legit, ut sequitur: *Otto DEI gram, rogat vestram clam, ut velitis hunc Clincum elancum, convertere in vivum Diabolum.* Alius cum canere deberet, sicut & vos estis azymi, *1. Corinth. 5. v. 7.* decantare cæpit. Sicut & vos estis asini. *Manlius in loc. commun. de Ecclesia.* Et aliquando non multo meliores hinc inde promoventur per hypocritarum commendationes, qui cum Hamano merentur elevationem. *Adde c. 15. Extr. de Etat. & qual. de Episcopo Calinensi (5.)* Crimine aliquo infames, ut Apostata, Hæretici, Schismatici, Simoniaci, Idololatæ, Adulteri, incestuosi, Fornicarii, raptores virginum, Sodomitæ, Periuri, Homicidæ
B 2 volun-

voluntarii, aut culpabiles. Et quos *Vallens in tit. 22. lib. 1. Decretal. recenſet §. 2. n. 9. & 10.* (6.) Non habentes titulum. *Vide Finckelth. d. tract. & c. n. 68. & 69. & ſeqq. & ſuperius n. 55. & 56.* Quod enim in aliis eſt vitium, in Theologis eſt ſtigium. Et ut quidam loquuntur. Non tantum Nominalis, ſed & Realis Doct̃or eſſe debet. *Weberus de Jur. patron. poſit. 44.* Miniſter Eccleſiæ debet eſſe ἀνεπίλητος, καὶ ἀνεγκλήτος, irreprehenſibilis. 1. *Timoth. 3. v. 2. Tit. 3. v. 6.* & ſine crimine. *Adde ecclepr. D. 49. Adde juſtin. in Nov. 137. c. 1. in med. N. 6. in pr. c. 1 §. 5. & 7. L. 42 C. d. Ep. & Cler. Hieron. Weller. in eleganti tractatu ſuper 1. Tim. 3. de miniſtris Eccleſiæ. Eraſmus in Eccleſiaſte.* Et hæc καὶ ἄγων præmittenda eſſe exiſtimavi.

Theſ. XV.

Jam καὶ θεῶν ætatem in Beneficiis & dignitatibus Eccleſiaſticaſ perſtringemus, & elucidabimus. Ætas enim hic requiritur matura, c. *in cunctis 7. ibi ætatis maturitas.* *Extra de Elect.* Ratio eſt, quia in decorum eſt, ut hi Eccleſias regant, qui non noverunt gubernare ſeipſos, cum ad Eccleſiarum regimen tales admittendæ ſint perſonæ, quæ diſcretionem præmineant, ut ait *Alexander 3. c. 3. extra de Ætat. & Qual. 6. Extra de Votū Nov. 123. c. 1. §. 2.* Quærunť autē interpretēs: Quotnam igitur anni ætatis in præſentando requirantur? Sanè Jure Civili, neque Presbyter minor 35. neque Diaconus, neque Subdiaconus minor 25. annis fieri poteſt. *Auth. Presbyterun C. de Episc. & Cler. Nov. 123. c. 13.* Tunc namque in homine perfectum demum incipit judicium, cum ante iſtam ætatem experientia perquam ſo- leat eſſe exigua. *Finckelth. n. 55. d. c. 6.* Poſtmodum verò etiam ad 30. annos reſtrictum eſt futuri Eccleſiæ miniſtri munus. *Nov. 137. c. 2.*

Theſ. XVI.

Jure Canonico ordines Eccleſiaſtici rectè poſſunt conferri alicui, qui ſaltem egreſſus eſt annum 14. c. 3. *ibi. nemini intra annum 14. conſtituto.* *Extra de Ætat. Lambertin. lib. 2. artic. 26. q. 7. pr. part. 1. n. ſeqq. fol. 67.* Quod tamen de minoribus ordinibus intelligendum eſt, quibus animarum cura non committitur. Et de Beneficiis ſimplicibus, quæ nempe pro ſervitio aliquo temporali ordinata ſunt. Majores namque ordines etiam majorem requirunt ætatem.

puta

puta 25. & 30. annos. Inde fit quod Parochialis Ecclesia nemini conferatur, nisi 25. ætatis annum attigerit. *c. 6. in pr. & S. presbyterum D. 77. c. licet 14. de Elect. in Sexto.* Quod Presbyter non ordinetur, nec ullus in Episcopum eligatur, nisi jam 30. annorum exegerit. *d. c. Episcopus 6. ubi hæc 30. annorum ætas viri perfecti esse dicitur, c. si quis 1, 2, 4, D. 78. c. 7. ibi.* nisi qui annum 30. *Extra de Elect. adde c. fin. D. 51. Nec postuletur. c. Ofius. 10. D. 61. c. 1. 2. Extr. de Serv. non ordin. Ungép. ad tit. 5. n. 7. & tit. 6. n. 9. lib. 1. Decretal.* Hæc 30. annorum ætas, à Theophilo in *tit. 3. de Libertinis* legitima dicitur, *ἐννοησθε*, Nec negamus, quod ea ætas solidæ ac certæ prudentiæ sit, & majoretam animi, quàm corporis robore prædita. *Euthymius in 3. cap. Matthæi. vide Radulph. Forner. lib. 6. c. 26. rer. quotid. per tot.* Quinimo ipse Salvator noster Christus anno ætatis 30. baptizatus fuit, & tùm demùm prædicavit. *c. 4. D. 78. Rittershus. differ. Jur. Civ. & Canon. lib. 7. c. 3. circa fin.* Ratio est, quia hæc Beneficia curæ animarum inserviunt, ideo consilii maturitas requiritur. Et propterea in Jure Canonico. Beneficia quædam vocantur Curata, quædam non Curata. *Finckelth. d. l. n. 60. c. 38. Extr. de Præb.* Ex jure divino etiam nonnulli 30. ætatis annum astringunt, *per text. Numer. c. 4. v. 23.* Ubi Levitici sacerdotes ad sacra ministeria non fuerunt ante 30. annum adhibiti. Hinc, ajunt, Christus Salvator noster ministerio inauguratus est, per Baptismum anno ætatis 30. *Luc. 3. v. 23. d. c. 4. D. 78.* Eadem etiam fuit ætas Johannis Baptistæ. Verum, ut Leviticum fuit, id quod dicitur. *Num. c. 4.* & ideo nos in N. T. non obligat. Ita & Salvator noster suo exemplo nobis nullam in hoc casu regulam præscribere, & certum annorum numerum in eligendis ad ministerium determinare voluit. Hodie itaque rectè hoc Consistorialium committitur judicio, atque arbitrio. *Finckelth. n. 61. 62. & 67.* Ubi nulla ætas certa definitur, sed simpliciter disponitur, daß keiner zu jung aufgestellt werden soll. *Adde N. 137. c. 1. ubi de indignis ita instr.* Qui cum nihil ad sacrum Dei altare & sacerdotium attulerint, nec in virtute & pulchro prius insudarint & elaborarint, simul discipuli & præceptores pietatis ostenduntur, & priusquam purgati sint, purgant, heri sacrilegi, hodie sacerdotes: Heri extra sacra, hodie præsides mysteriorum: Veteratores malitiæ, novitii

novitii pietate, qui sunt opus atque fabrica humana gratiæ, non Spiritus Sancti. Vide proverb. mea Juris: Heri servus, hodie Liber
 χθες ἱερέουλοι καὶ σήμερον ἱερεῖς. Guilh. Forner. lib. 2. selector. c. 17.
 Sic Cedrenus, χθες δὲ λ. πλοκ. σήμερον ἢ πύραν, quod bene quadrat in Tyrannum nuperum Cromvvelium in Angliâ. Eadem loquendi figurâ usus Aristophanes, ὁ νῦν, inquit, μὲν οὐδεὶς, αὐρεῖον ἢ ὑπερμέγας. χθες τ' ἀρίων ἔξω, καὶ μυσταγωγὸν σήμερον.

Thef. XVII.

Neque obstat exemplum Timothei, ad quem scribit Apostolus. 1. Tim. 4. v. 12. Nemo adolescentiam tuam contemnat: Μηδεὶς σου τ' νεότης καταφρονεῖτω, adde 1. Corinth. 16. Quin enim excellentia ingenia, & donis in prima statim ætate se prodentibus exornata, etiam ad functiones Ecclesiasticas citius aliis ordinari possint, nemo negabit. Sed nec quis ideo ab uno, vel altero exemplo generalem constituet regulam, & omnes νεανίσκους promovebit. Sane semper melius, & Ecclesiæ magis prospectum esse dici potest, si non præproperè nimis crudos homines in cathedram propellamus, & mustæ vitæ & morum adolescentes muniis Ecclesiasticis præficiamus. Vide Georg. Christoph. Walther. in Postillâ Theologo; Juridico-Politica, Domin. Quasimodogeniti. §. 139. q. 40. Hi enim, si quam doctrinam vel eruditionem acquisiverunt, carent tamen experientia, quæ temporì attribuitur, Aristot. 6. Ethicor. Et quod usu non sunt assecuti, id vanâ δήσει, opinione (quæ τ' παρορηθῆς ἐστὶ ἐγκοπὴ) δοκησισοφία, arrogantia, intemperantia linguæ de rebus, quas non intelligunt, damnabili hypocrisi, vanâ inculcatione earum rerum, à quibus ipsi procul absunt, simulatâ religione incesu, gestibus, nutu oculorum, manuum vibratione, & antrorsum & retrorsum ejaculatione, persuasione, Φιλαυτία, inauditâ novitate, & quæ sunt alia, uno ictu evertunt, & plus mali, quàm boni operantur. Et hæc ut plurimum se ita habere, docebit tota Germania, imò Europa, ubi constituta est Ecclesia. Regula ergo est manetque de utroque jure: Justæ ætatis, & ad 30. annos ascendentes homines ministerio Ecclesiastico esse adhibendos, Singularia

invenit

vero

vero ingenia citius adhibenda esse, est de exceptione regulæ. Ut plurimum enim seniores, unde & *πρεσβύτεροι* dicuntur, eligi, crearique solent. Leges autem referuntur ad id, quod ut plurimum fit, insuper habentes quod raro. L. 3. cum seqq. D. de LL. Quibus ad-
junge integrum responsum Academicum magni hujus Academiæ Jcti Ernesti Cothmanni, 42. de Vocatione Ministrorum, & nominatione Professorum: Ut & integrum ejusdem consilium 44. de Senibus venerandis, quod in actu Doctorali olim pronunciatum est. Senex enim in scripturâ sacrâ dicitur sapiens. c. porro *Moyss. 6. D. 84.* & dicitur Græcè *ζῆνων*. Senectus semper est veneranda. L. semper 5. D. de Jur. Immun. & dixit *Gl. in L. 3. in verb. novum. D. si cert. petat.* Quod eligantur in dignitatibus seniores, & quod testes seniores præferantur testibus junioribus, & sic præsumuntur meliores senes. Seniores in honoribus & officiis, & dignitatibus adolescentioribus sunt anteferendi. L. 3. §. 15. ibi secundum *ætates & dignitates D. de Muner. & honor. L. 2. ibi. Quæ longus prolixuque stipendius defessa jam sibi pollicetur senectus. C. de Primpil. L. 5. C. de Consul. Andreas Tiraquell. in tr. de Jur. primogen. præfat. p. 165. Æmilius Maria Manoleffus.* Senis verba plus valent, quam ensis juvenis c. 1. extra de Renunc. quæ & Bertachinus in *reperitorio compilavit.* duobus pari suffragiorum numero in Episcopum electis, si cætera paria sunt, seniolem præferendum esse.

Thef. XVIII.

Episcopi ætas (ut & Cardinalis & Archiepiscopi) absolutè (nisi sint filii Regum, vel Principum, cum quibus non rarò dispensatur) ab Alexandro 3. cui plurimæ Decretales debentur, definita est per 30. annos, *in c. cum in cunctis 7. Extra. de Elect. & ib. Gl. per hæc verba.* Cum in cunctis sacris ordinibus, & Ecclesiasticis ministeriis sint ætatis maturitas, gravitas morum, & literarum scientia inquirenda: multo fortius in Episcopo hæc oportet inquiri: qui ad curam aliorum positus in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo DEI oporteat conversari. Eapropter, ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur à posteris in exemplum: Præsenti decreto statuimus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam 30. annum ætatis exegerit, ubi *Gl. & de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam vitâ & scientiâ*

ciâ commendabilis demonstratur. *Felinus hic, & in c. 41. Extr. de offic. & potest. Jud. deleg. n. 8. Philippus Francisc. in repet. c. 1. de testam. in Sexto. Archidiaconus in c. 1. de Cleric. ægrot. in Sexto. Wurmser. in annotatione 941. ubi varia habentur de Ætate Episcopi, Abbatis, & quæ ad suscipiendum ordines apta. Streinius p. 1. tit. 7. de Episcopo §. 2. n. 4. ita ut irrita sit electio, si annum 30. non compleverit. Postulandus autem in Episcopum 27. annos complevisse, vel ingressus esse debet. Extravag. un. de Postul. Prælat. Quæ aliâs de Episcopis dici possunt, fuscè apud Gratianum lege in Decreto, à dist. 23. usque ad 50. secundum ipsius requisita, & consequenter ad finem 100. D. Adde c. Novatianus. 6. causa 7. q. 1. Episcopos non esse ordinandos, nisi sint ætate antiqui, fide integri, in pressurâ probati, in persecutione proscripti. Unde cum Papa sit Episcoporum summus, ac primus: dicitur enim Episcopus totius orbis terrarum. *Gl. in c. felix 5. in verb. privata. de pœnis in Sexto.* Consequens est, eum non nisi ætate antiquum, ut text. loquitur, eligendum esse. *Onuphrius de interpretatione vocum Ecclesiasticarum dicit,* Papam Græcam esse vocem, quæ Latinis dicatur Papis, & significet avum, i. e. patrem patris, probari hoc videtur *ex Ausonio ad Nepotem:**

- - - Papis, aviasque trementes

Anteferunt patribus seri nova cura nepotes.

Apud Bithynios cognomen Jovis erat, qui dicebatur Juppiter Papis, i. e. pater. Hanc vocem omnes antiqui Christianorum Episcopi pro patre, sive majore patre frequentarunt (avus enim aliquando major pater dicitur,) & præsertim magnarum & insignium urbium, ut Romæ, Carthagini, Alexandria, Antiochiæ, Hierosolymorum, & similium. Cornelius enim Episcopus Romanus Cyprianum Carthaginensem Episcopum in suis Epistolis Papam, & Papalem vocat. Dionysius Alexandrinus Episcopus Heraclem prædecessorem suum in epistolâ ad Philemonem Presbyterum Romanum beatum Papam nominat. Similiter Athanasius, Theophilus, & Cyrillus Episcopi Alexandrini, Papæ dicuntur. Sidonius in epistolis suis passim omnes Galliarum Episcopos, ad quos scribit Papis appellat. Ex quibus constat olim inter Episcopum & Papam nullum fuisse omnino discrimen. Post Gregorii primi tempora demum

demum hæc vox Papæ, reliquis Episcopis adempta, & soli Romano Pontifici attributa est.

Thef. XIX.

Quæ proinde ætas Pontificis constituta sit canonibus, *apparet ex c. 2. D. 77. nempe 35. vel 40. annorum. Eadem & Patriarchæ, vide can. clericos. 1. D. 21. c. urbes. 1. D. 80. c. provincie. 1. D. 99.* Nam ad 20. annum ætatis inter lectores (gradatim enim ministeria Ecclesiastica obtineri debent) ad 25. annum inter acolytos & subdiaconos, ad 30. inter diaconos, ad 35. inter Presbyteros, & ex eo loco inquit textus, si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, summum Pontificatum sperare debet. Sed quomodo in hisce lusum sit hæctenus, *vide copiose apud Agricolam de Ætate ineunt: officia c. 18. per tot. p. 336. & seqq. & c. 19. per tot. ubi catalogum texit omnium Pontificum Romanorum, quâ ætate quivis electus fuerit, & quamdiu in Pontificatu sederit.* In regno Galliæ potest quis constitui Episcopus 27. ætatis anno *Petr. Rebuff. in constitut. regn. Galliæ in proæm. Gloss. 5. n. 32.* Plato Græcorum divinitissimus, sacerdotem in genere vulgè esse non minorem annis 60. velut eleganter de eo, *Erasmus in Instit. Principis Christiani meminit.*

Thef. XX.

Ætas Abbatissæ, seu Dominæ, ut hîc, vel Prioris, seu Priorissæ (uti in tribus in Holsatiâ regni monasteriis, Itzehoæ, Pretzæ, & Uterßen vocari solent) est ibidem 30. annorum, *c. indemnitatibus 43. de Elect. in Sexto.* Ubi etiam dicitur, quod nulla monialis ad eligendum admittenda sit, nisi, 12. annum peregerit, & professa fuerit tacitè, vel expresse, *adde c. firma. 1. causa 20. q. 1. & c. 5. & 10. d. causa & q.* Cæterum notanda hic venit differentia, quod Justinianus ætatem in recipiendis Diaconissis, quas hodiè vocamus *Beginen / vel Begetinen / de quibus vide Rodolph. Hospin. de Origine Monachorum. p. 112. definiat, in L. 9. C. de Episc. & Cler. & N. 6. c. 6. annis 50. & in N. 123. c. 13. & c. 2. D. 78. annis 40. cum Apostolus Paulus eam, 1. Timoth. 5. v. 9. definierit annis 60. his verbis: *χρησθε καταλεγεσθαι µη ἐλαττων ἐτων ἐξήκοντα.* Sed D. Mejerus in *disp. de summâ Trin. θ. 68. n. 2.* hæc ad ceremonias ἀδιαφόρου refert, ubi tamen major. D. Pauli, quàm Justiniani debeat esse auctoritas. Quid? quod constitutio viduarum
C eo modo,*

eo modo, quo tempore Apostoli in ulu erat, à moribus nostris disces-
serit, vide c. 6. in Actu Apostolorum. Barbosa. p. 49 de Canon. Ætatem.
Decani, vel Prioris, uti hinc inde vocatur, eandem cum superiori-
bus esse æstimato. Adde c. 12. causa. 20. q. 1. & ib. Gl. in verb. sexagena-
riam. & c. Paulus 28. causa 2. q. 7

Thef. XXI.

Ætas in aliis inferioribus dignitatibus est 25.
annorum, d. c. cum in cunctis 7. Extr. de Elect. & c. 1. de Ætate &
Qual. in Sexto, nisi quod inquisitoris debeat esse 40. annorum. Clem.
nolentes. 2. de Hæreticis. Executoris autem ætas est 25. annorum. Ber-
tacin. in verb. Executor. Ætati autem Doctoris omnis ætas sufficit.
Ita Cardinalis in prologo Decretalium; alibi iterum dicit, quod debeat
excessisse saltem 17. annum, vide Clem. 2. de Magistru. Doctor ante
20. annum potest esse iudex in causa scholarium, juxta Auth. Habi-
ta. C. Ne fil. pro patr. & ib. Bart. Ætas advocatorum ex J. C. patet,
ex L. 1. §. pueritiam 3. D. de Postul. Bald. in L. 1. C. Qui & advers. quos.
Quod minor possit esse advocatus in causâ propriâ, & non restitui-
tur adversus commissas allegationes.

Thef. XXII.

Quoniam dictum est in θ. 3. Quod ætas etiam sit pupillaris, vel
minor: sciendum, quod verbum illud minor annis, duobus potest
modis intelligi, cum & qui minor est 14. annis, & qui 25. dici soleat
minor annis. c. 8. vers. præterea cum verbum illud. Extr. de Probat.
Unde & pueri appellatio notanda, quæ tres significationes habet.

Thef. XXIII.

Pergimus in beneficiis impetrandis, & quærimus. Quo an-
no ætatis ad majores ordines, quis promoveri possit? Hic variant
jura. Olim enim subdiaconus, sive Hypodiaconus, qui est adjunctus
diaconi, minor 20. annis. Diaconus Græcè, Latine minister ante
25. annos, & Presbyter ante 30. annos, h. e. antequam ad viri per-
fecti venerit ætatem, ordinari non potuit. c. subdiaconus 4. cum duo-
bus seqq. D. 77. c. si quis triginta. 1. c. nemo Presbyter. 2. & c. 4 D. 78. vi-
de Actor. 6. Hodie vero, hoc est immutatû à Clemente V. in Clem. ult.
de Ætate & Qual. præficiendor. cujus hæc sunt verba: Generalem Ec-
clesiæ observantiam volentes antiquis juribus in hac parte præferri
decernimus,

decernimus, ut (alio non obstante impedimento Canonico) possit quis libere in decimo octavo ad Subdiaconatus, vigesimo ad Diaconatus, & in 25. ætatis suæ anno ad Presbyteratus ordines promoveri. Quà constitutione respexit forte Pontifex ad ministrorum penuriam, quæ exigit, ut citius quis ordinetur. *c. ult. D. 78.* Cessante ergo illà necessitate & peauriâ, sive inopiâ ministrorum, hanc Caroli V. & Clem. V. declarationem & limitationem cessare putarim, per ea, quæ *Tiraquellus* habet in *tract. suo. Cessante causâ, cessat effectus.*

Theol. XXIV.

Annus autem in dignitatibus utrum debeat esse completus, an vero sufficiat, si sit tantum cæptus, *tradit Abbas ad c. 7. pr. Extr. de Elect. & elect. pot. in Sexto,* ubi verba dispositionis consideranda esse ait. *Vide Gl. ad d. Clem. ult. in verbis:* in decimo octavo. *d. t. vide f. h. 17.* Nonnulli annum inchoatum esse, sufficere arbitrantur, *c. 19. Extr. de Elect. ibi.* annum ætatis 30. attigisset, sed prius ex *h. 17.* iuratur & confirmatur, *ex c. 1. D. 78. ubi dicitur:* Non esse ordinandum Presbyterum, etiamsi valde sit dignus, si ætatis suæ annum 30. non impleverit, *& c. seq. ead. D. dicitur:* Nemo Presbyter consecratur, qui minor 30. annis sit, sed constat *ex c. illud nos. 1. D. 77.* In ordine & gradu Ecclesiastico Presbyterum precedere Episcopum, dum ita legitur: Si quis Episcopus esse meretur, sit primum ostiarius, vel Subdiaconus, & postea Presbyter, & exinde, si meretur, Episcopus ordinetur. Sed hoc à Carolo V. Rom. Imp. A. C. 1548. in Comitibus Augustanis aliquo modo limitatum est, *velut: ex formulâ reformationis Ecclesiasticæ c. 1. §. 5. constat. Goldast. in Constit. Imp. Tom. 2. p. 326.*

Theol. XXV.

Subdiacono in ætate par & æqualis est Acolytus, quem vox Græca à curandis seu deportandis cereis hoc nomine indigitat, unde Latine, ceroferarius rectè vocabitur, *c. 3. D. 77. c. 1. §. Acolyti. D. 21. Lectores à legendo dicti, populo prædicant. c. 1. §. Lectores D. 21. c. placuit. 14. causa. 20. q. 1.* Similiter ante annum ætatis 18. non ordinantur. *c. nemo. 2. D. 78. ubi nemo Lectoribus connumeretur, qui minor 18. annis fuerit.* Manent inter Lectores ad 20. ætatis annu *c. 2. D. 77.* Sic & ratione officii & ætatis æquiparantur, Psalmistæ Cantores, à canendis in Ecclesia Psalmis sic vocati, *d. c. 1. §. Psalmistæ.*

De Ostiariis, seu portariis, qui infimum locum teneat, vide Benedi-
ctum in suis regulis, c. 66. & d. c. 1. §. ostiarii. Alia autem ætas Ostia-
riorum requiritur eorum, qui ad portam ministerii ministrant, & alia
eorum, qui in templis & collegiis, aut Ecclesiis collegiatis ordinan-
tur. Quis vero debeat super ætate dispensare, constat ex c. un. ibi-
que Gl. h. t. in Sexto, & Honorio ad h. t. n. 6. Ungep. ad h. t. de Ætat. &
Qual. n. 7, 8, 9, & 10. De Ætate Canonici dic, quod debeat comple-
visse 14. annos. c. 35. Extr. de Præbend. Unde infans non potest habe-
re Canonicatum. Archid. in c. 9. de Rescript. in Sexto. & Dd. c. fin. de Judic. in Sexto. adde Hesiodum lib. 2. Op. & Dier. in v. 439 ubi
ministrum vult esse quadragenarium: τῶς δ' ἀμφοτέρως ἀρχονταίης
ἀνθρώπος ἔπαιον. Ubi Screvelius addit in notis. Si hoc in ministro re-
quirit Hesiodus, ut juvenem bobus præficere noluerit, quanto mi-
nus Ecclesiasticis & rebus publicis præficeret?

Thef. XXVI.

An & quando pueri sint capaces beneficiorum?
Vide Dd. in c. de ius s. D. 28. Et ibi dicit: Inter cætera, quod in benefi-
cio non curato sufficit, quoad expleverit septimum, aliàs Clerica-
tu excluduntur. Quid statuendum de pupillis & minoribus, num
& hi præsentabunt? Pupillum quod attinet, communiter statuunt,
quod sic: modo septennium compleverit. Panorm. ad c. cum dile-
ctus 16. n. 9. Extr. de Concess. Præbend. Finchel. de Jur. Patron. c. 6. n.
42, 43. & seqq. Qui expedit hanc quæstionem, cui merito astipula-
mur. Minorem quod spectat, vide prædictum Finchel. n. 45. &
seqq. Verùm alia ex Jure Canonico interpretibus communiter pla-
cuit decisio, quoad minorem. Nempe quod in Spiritualibus & de-
pendentibus ab eisdem, neque patris, neque curatoris attenden-
da sit potestas, per c. si annum 3. de Judic. in Sexto. & Gl. ib. Hinc mi-
nor potest agere in causâ castrensi. Item in Ecclesiasticis. Innoc. in
6. ex parte 14. Extr. de Restitut. spoliat. aliàs restitut. in integr. Item
in voto. ibid. Item pro morte & testamento patris. Item cum agi-
tur de recuperandâ possessione. Item de voto violato. Item de
libero homine exhibendo. Item potest esse procurator ad judicia
& negotia. Bertachin. in repertorio. p. 112. fac. b. Ex quibus omnibus
apparet infantem posse habere beneficium Ecclesiasticum, c. super in
ordinata 35. Extra de Præbend. Sed contrarium tenet Innoc. in c. cum

nostris. 6. *Extra. de Concess. præb. Gl. notab. in c. si eo tempore. 9. de Rescript. in Sexto* dicit infantem, i. e. minorem septenniò non posse beneficium sine curâ obtinere, sed majorem septennio sic, nisi esset beneficium, quod ex fundatione, privilegiis, consuetudine, vel aliter requirit ordinem sacrum, seu ordines majores. *Bertachinus in re-pertor. ubi privilegia infantium copiosè enarrat. Adde c. fin. & ib. Gl. in verb. infanti. de Tempor. Ordinat. in Sexto.* Pro Beneficiis omnino simplicibus anni 7. olim sufficiebant, nunc vero quemadmodum pro quocunque etiam canonicatu necessarii sunt 14. anni, saltem inchoati. *Conc. Trid. sess. 23. c. 6.* Pro beneficiis, quæ maturitatem judicii, & prudentiam deponunt, vel curam animarum annexam habent, anni 25. minimum inchoati. Ad dignitates & Personatus, quibus non adjacet animarum cura, anni 22. completi. *Strein. p. 1. tit. 2. §. 2. n. 2. & p. 1. tit. 5. §. 2. n. 6.* Ubi & in capitularibus 22. annos requirit, & ad hoc allegat. *c. 32. de Elect. in Sexto, ubi hoc habetur.*

Thef. XXVII.

Quæ secundum §. 4. restant, paucis expediemus, & partim spectant Criminalia, partim Civilia. Pertexemus autem in pueris, seu Infantibus circa crimina. Pueros excommunicatos absolvere potest Episcopus, sive ante pubertatem, sive post absolvi postulant. *Not. text. allegabilem, in c. pueris. 60. Extr. de Sentent. Excommu-nu.* Quod in pænis attendatur tempus delicti, & non sententia. Ad idem *L. 1. C. de pen.* Ex quo inferitur ad statuta: Quod si puer commisit delictum, & factus est major, non punitur licet major, sed ut puer. Nota quod beneficium semel indultum ratione minoris ætatis, non perditur per supervenientiam majoris. *Extra Gl. inserunt Dd. ad quæstionem:* Utrum factus major possit testificari de his, quæ vidit in pupillari ætate. *Host. h. c. affirmat,* & ponderat ad hoc istum textum. Sed secundum *D Abbatem* facit potius in contrarium *Gl. in. c. cum à verbis 14. de præscrip-tion. dist.* Secundum ipsum: Aut est actus, super quo requiritur certa ætas in teste, *L. 3. §. 1. D. de Testib.* & tunc non valebit testimonium: Aut sumus in terminis, in quibus non requiritur communiter certa ætas, & tunc factus major poterit testificari de his, quæ vidit in pupillari ætate. *Joh. Andrea. c. ex parte 3. Extra. de corp. vitiat. commu-niter tenetur,* quod possit testificari valide ad probationem, sed non

supra

C 3

ad pro-

ad probandum solemnitatem, ita tenet *Gl. in d. L. testium*. Et pro illa conclusione facit optime, quod dicitur in *c. cum sit. 14. Extr. de Etat. & Qual.* Et quod Cardinalis, seu Papa testificari potest de his, quæ vidit in minoribus constitutus. Et ei creditur, licet non crederetur, si non esset Papa, *Felin. in c. 66. Extra de sement. Excommun.*

Thef. XXVIII.

Minor 25. annis in criminalibus non admittitur ad testandum, *Felin. consil. 36. n. 5. & 10. Host. in summa de testib. §. si quis posit. vers. etas.* Receptus tamen, & examinatus facit solenne iudicium, vide *L. fin. C. ad Sc. Silan. Salic. in L. fin. C. de Quest. delictum omissionis consistens in omittendo, non cadit in minorem 25. annis, unde à pznâ quæ propter tale delictum incurritur, conservatur minor illæsus, nec indiget restitutione. L. fin. C. si adver. delict. L. fin. C. In quib. caus. in integr. restit. non necessar. L. minoribus 6. C. de his quib. ut indign. Paul. de Castro Consil. 43. & consil. 20. dicit. quod teneatur de delictio, tam in committendo, quam omittendo, si major 18. annis. *Felin. consil. 34. n. 9.* Beneficio restitutionis in integrum, non potest minor renunciare. *Felin. in c. 12. n. 15. Extr. de For. compet.**

Thef. XXIX.

Minor 25. annorum, & major 14. potest stare in iudicio, cum agitur causa possessionis. *L. momentanea. 3. C. de his qui legitim. person. Lanfranc. in c. quoniam contra 11. Extra de probat.* Licet regulariter minor 25. annis personam per se standi in iudicio non habeat, nec procuratorem constituere possit, sine tutoris, vel curatoris autoritate. In causis tamen Beneficialibus & Spiritualibus, minor qui complevit 14. annum, agendo & defendendo in iudicio stare, procuratoremque constituere sine curatoris autoritate potest, quoniam in illis causis minores pro majoribus habentur, *c. fin. de Judic. in Sexto.* Et licet regulariter filiusfamilias (etiam si sit major) personam standi in iudicio suo nomine, nec procuratorem constituere possit sine patris consensu, ut habet *Gl. & ibi Dd. in d. c. fin. & late Speculator in tit. de Actore §. 1. verb. sed et si filiusfamilias;* Tamen in casibus prædictis, si est major 14. annis, in iudicio esse, & procuratorem constituere potest sine patris assensu, & autoritate. *d. c. fin. in fin.* si autem minor, vel filiusfamilias, nondum complevit 14. annos, tunc quia sicut neque

neque per se agere, aut defendere: Ita nec procuratorem constituere potest; sed si est major infante, tum per suum Episcopum; aut ejus Officialem dabitur ei curator ad lites, vel dabitur ei curator, cujus autoritate potest ipse pupillus Procuratorem constituere, etiam ante litem contestatam, & in his non requiritur patris autoritas. *ut in d. c. fin. & ib. Gl. & Ancharanus.* Minor in judicio quibus casibus censetur major *Gl. in c. ex Paulo 14 extra de Restitut. in integr.* Minor, *secundum Bald. in d. L. momentanea.* non potest reconveniri: Quoniam sine autoritate curatoris conveniri non potest.

Thef. XXX.

Major 20. annis potest à quocunque dari delegatus. Idem in majore 18. annis, dummodo consentiant partes. Minor v. 18. dari non potest nisi à Principe. Utrum minor 18. annis possit esse Judex? *Vide apud Felin. in c. 41. extra de offic. & pot. Jud. deleg. & Abb. ibid.* quem sequuntur Canonistæ hic, qui dicit, quod scire debeat, qui committit causam tali minori. *Gl. in c. concertationi. 8. de appellat. in Sexto. in verbo scientia,* quæ dicit, quod ibi requiritur scientia alicujus qualitatatis, quando quis capitulat, si non exprimat illam qualitatem, quod capitula non tenent. *Felin. n. 2. ubi Bald. allegat,* De Jure Canonico, inquit, non potest committi minori 18. annis: De Jure autem Civili potest. *vide L. quidam consulebat. 57. D. de Rejud.* Etiam non de jure Civili. Nam ubi sunt opiniones in Legibus, in dubio debet stari Juri Canonico, etiam in foro Cæsaris. Papa autem potest committere causam pupillo *in c. statutum 11. verb. canonicus de rescript. in Sexto, ubi dicitur:* quod si Papa ex certa scientiâ committat causam pupillo, quod valeat commissio. *Felin. d. c. n. 3.*

Thef. XXXI

Arbiter debet attingere 20. annum, seu inchoasse, etiam si pendente compromisso attingeret. Quod si dicatur, Tali, cum pervenerit in 19. annum. Dic quod sufficiat, quod inceperit, sed quod si dicatur, cum pervenerit ad annum 18. Dic quod tunc debet implevisse, quia dictio Ad denotat extrinsecam qualitatem, de hac dictione, *vide c. si gratiosè 5. de Rescript. in Sexto, & c. Presbyter. 4. D. 78.*

XXXII.

Thef. XXXII.

Ætas 18. annorum est apta ad bellum *Gl. singularis in c. 1. de pac. jur. firm. lib. 2. F. t. 53.* dicitur plena *Bald. ib. 1. col.* quemadmodum legitima, 25. annorum, nisi quoad matrimonium, & materiam beneficalem. Minor proinde 18. annis non cogitur ad pugnam, sibi ergo imputet, si se ponat in necessitatem pugnandi. Minor 14. annis non potest testari, nec minor 25. *Spec. de Testam. § 2.* Minor 20. annorum prohibitus testari, potest codicillari. *Bald. in L. fin. C. de Testam.*

Thef. XXXIII.

Ætas discretionis ad profitendum religionem est 12. annorum in fæminâ, & 9. in masculino, & debet esse perfecta *Gl. in Clem. eos. 2. de Regular.* nec in eâ malitia supplet ætatem. Quoniam autem Monachi fiunt tripliciter: Aut ex paternâ devotione, aut ex propria professione, aut ex voti emissionem: Utique vide *Lancelot. in 3. Jur. Canon. lib. 1. tit. 30. de Regular. & Monachus, ubi dicit.* quod si impuberes sacram tonsuram, vel velamina susceperint, 15. ætatis anno moneri debeant, & inquiri, utrû in ipso habitu permanere cupiant. Si enim ad secularem habitum reverti maluerint, redeundi licentia conceditur, quia satis inutile est, ut coacta servitia Domino præstentur. *Adde tt. Extra de Regular.* Religiosi omnes professi à sede Apostolica dicuntur personæ Ecclesiasticæ. *c. fin. de Relig. dom. Socinus in c. si quis Clericus n. 19. Extra de for. compet. Calderin. Consil. 121. n. 2. Besold. in Thef. Practic. lit. G. n. 23. Speidel in specul. Var. Jurid. Polit. Histor. observat. & Notab. in verbo. Geistliche Personen / & in verbo Religiosen, ut & verbo Clerisy / Regulares. Ibi.* Personæ Ecclesiasticæ vel Clerici, vel Religiosi sunt, Clerici dicuntur, quibus certum aliquod in Ecclesiâ Ministerium rite demandatum est, quales Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi (qui ordinis majoris dicuntur) nec non Lectores, Exorcistæ, Acolyti, Cantores, sive Psalmistæ, (qui minoris vocantur ordinis) *de nomine Clericorum vide c. 1. D. 21. & c. 18. Extr. de Præbend.* Religiosi vero sunt personæ Ecclesiasticæ, quæ licet sacrâ liturgiâ non fungantur, Religionem tamen, sive Regulæ vitæ certæ, putâ S. Augustini, Bernhardi, Benedicti, Francisci, &c. singulariter addictæ sunt, unde & Regulares dicuntur. Itemque Monachi, Ascetæ, & fæminæ si sint, Moniales & Ascetrix; *Vide Henric. Gebhard. in tr.*

intr. de pot. & Jurisd. Ecclesiast. Religiosorum etiam nomine veniunt Conversi, qui aliàs dicuntur Fratres Laici, maximè in favorabilibus, ut & Novitii. Tripliciter enim vox Religiosi capitur. 1. Largissimè, ut de omni Christiano : Large, de Christiano honestè vivente, & strictè de illis solum, qui promittunt substantialia regulæ scilicet: Paupertatem, Castitatem, & obedientiam. Religiosorum autem nomine non veniunt Beghini. *Clem. de Relig. Dom.* Idem censendum quoque est de Canonicis fæminis, de quibus *in Clem. attendentes de statu Monachor. Vide Paul. Zipæum in Analys. Jur. Pontific. lib. 3. tit. de Regular. p. 302. ubi de earum instituto, religiosâ disciplina, & quando ceperint.* Ad validam professionem *Lessus de Just. & jur. lib. 2. c. 4. disp. 7.* novem requirit. *Adde Henric. Canis. in Instit. Jur. Canonici lib. 1. tit 5. & seqq.* Hujus quæstionis: Utrum si ad annos discretionis ac pubertatis postmodum venirent, illis exire monasterio liceat? Negativam plurimi defenderunt. In primis Gregorius M. Isidorus. Synodus Toletana quarta. Synodus Wormatiensis Anno 868. habita. Sed improbarunt hanc sententiam, velut inhumanam, imò belluinam Leo Papa, & Eugenius, Gratianus, Marcellus, & Cælestinus, & alii Pontifices. *Vid. Hospin. de Origine Monachor. p. 166. error. 4. Unde Menochius, lib. 6. præsumpt. 89. n. 20. dicit:* Si puella minor 12. annorum ingrediatur religionem, cui pater dotis causa aliquam summam constituit, & ipsa ibi intra annum moriatur, non acquiri illam dotem monasterio, quia sicut carnale matrimonium esse non potuisset: Ita nec spirituale.

Thef. XXXIV.

Impuberes nullum sustineant detrimentum, quia ætas eorum, quid videat, ignorat. *L. 1. C. de Fals. mon. L. 1. C. si advers. delict. L. 1. §. 33. D. ad Sc. Silan:* Interim legitur, quod infans ob blasphemias, quandoque raptus à Diabolo, *secundum Gregor. in Dialogo. Sicul. in rub. de delict. pueror.* Unde infans scilicet doli capax, major septennio, *secund. Cardin. in Clem. un. de Homicid.* potest de quolibet delicto culpari, præterquã de delicto carnis *in c. 1. Extr. de delict. pueror. & ib. Sicul. sup. vers. impubes.* Etiam si pubes fuerit, poterit tamen ætatis ratio ponderatis circumstantiis haberi, & pœna ordinaria in aliam converti: Quemadmodum Facultas nostra anno superiori respondit in casuali homicidio, ubi puer 14. annorum alium globulo

D

trajecit,

trajecit, quem privatim virgis cæsum dimittendum esse censuimus. Etenim propter defectum ætatis, rigor est mansuetudine temperandus. *c. fin. Extr. de Sentent. Excommun. sive ante, sive post pubertatem postulent se absolvi.*

Thef. XXXV.

Senes ob idem crimes & delictum minori pænâ sunt multandi, quàm juvenes. *L. 2. D. de term. mot. Gl. in c. tanta 24. & ib. Archidiacon. D. 86. c. tanta. II. causa. 1. q. 7. c. tempora 2. causa 26. q. 7. Gl. in c. penitentes 63. D. 50. Bald. in c. 1. Extr. de Major & obed. & ad d. tit. Ungep. per tot. ubi habet quæ minor majori debeat, & in quibus obedientia consistat, nempe in tribus: 1. In Reverentia exhibenda, ut videlicet assurgat majori, & cedat ei primum locum in sedendo & cundo. *c. 15. D. 93. c. 8. D. 95. c. 7. & 15. d. tit. de Major & Obed. Nisi minori major administratio commissa sit, Gl. d. loc. 2. In mandato suscipiendo c. 18. causa 7. q. 1. c. 2, 9, 10. & 12. d. 1. 3. In judicio subeundo. c. 38. causa. II. q. 1. Gl. d. l. Ubi n. II. addit. Ungep. 1. Contra obedientiam non admitti præscriptionem, quia inobediens semper est in malâ fide. *c. cum non liceat 12. & ib. Gl. extra de Præscript. & c. 2. In obedientia subaudiendam esse possibilitatem. 3. Obedientiam etiam juramento firmatam non extendere se ad ea, quæ jure sunt prohibita. c. 9. d. 1. c. 58. de Reg. Jur. in Sexto. c. 92. causa II. q. 3. L. 15. D. de Condit. Institution.***

Thef. XXXVI.

Senectus licet incipiat à 50. anno, ut not. *Gl. in proxm. in Sexto,* tamen quoad casum *c. fin. Extra. Ut lite non contestata §. 1. cum* timetur de morte testium, relinquitur arbitrio judicis, quis dicatur senex, cum alius homo melius complexionatus sit, quàm alius. Et sic intelligitur opinio *Innoc. & Joh. Andreae ibi.* Sed si senex attingit 70. annum, qui est aliarum ætatum terminus, quantumcunque sit bene complexionatus, timetur ab inde de ejus morte, & non relinquitur judicis arbitrio. *Abb. in d. c. fin. §. 1. Senex 80. annorum non tenetur personaliter comparere, nisi sit robustus. arg. notab. inc. querelam 2. de procurator. & c. quoniam frequenter. s. d. 1. Ut lite non. contestat.* Et senex 60. annorum non tenetur ire ad bellum. *L. fin. & ib. Bart. C. Qui Profess. vel etat.* Senex excusatur à collecta imposta per capita, pro mittendo in exercitum, sicut infirmus, & fæmina.

XXXVII

Theſ. XXXVII.

Ætas in pænitentiario requiritur annorum quadraginta, qui completi nimirum vel incompleti ſint. Quamvis enim in annis per ſe non inſit prudentia, ubi tamen alia, quibus acquiri ſolet, adſuerint, cæteris paribus, in ſenioribus præſumitur. *Vide ſup. §. 16.* Unde à Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. c. 8.* decretum eſt, ut in omnibus cathedralibus Eccleſiis, ſi commodè fieri queat, pænitentiarius aliquis cum unione præbendæ inſtituatur, qui Magiſter ſit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologiâ, vel Jure Canonico, annorum 40: Permittit quoque Concilium, ut ſi intra eandem Diœceſin non inveniuntur Doctores, aut Licentiati, aliàs apti & idonei inſtituantur. Ubi habenda erit ratio honeſtatis vitæ, bonæ famæ, & discreti iudicii, quod ſubinde absque ſpeculativis ſcientiis comparatur. Ubi Episcopis permiſſum eſt in prædictum finem novum Canonicatum erigere. Cæterum Pænitentarii electio ad ſolum Episcopum ſpectat, ita ut nullo modo Capitulum ſe immiſcere debeat. *Streinius in ſummâ Juris Canon. p. 1. tit. 4. de Canonicis §. 6. per tot.* Horum pænitentiariorum in noſtris Eccleſiis nullus, vel rarus uſus eſt.

Theſ. XXXVIII.

Supra in §. 3. diviſimus Ætatem Canonicam in veram & fictam, uti & in priori diſputatione de Ætate Legali feceramus, quò nos remittimus. Unum addimus, tam à Canone, quàm à Lege Fictionem reperiri per omnia prædicamenta Ariſtotelis, uti eleganter oſtendit. *Nicolaus Eberhardus in loco de Vi fictionis. Et Streinius in prolegomenis Juris Canon. §. 14. per tot.*

Theſ. XXXIX.

Ætas & vita omnium actionum quomodo finiatur, *vide apud Dynum Muxellanum in tractat. de Præſcription. quem Subrius in German. idioma tranſtulit, Mantzium in Rationali ad pr. J. de perpet. & tempor. action.*

ΥΠΕΡΜΕΤΡΟΝ,

Ratione mea Profefſionis adjectum.

Nomen Decretalium Profefſoris, à Sereniſſimis, Illuſtriſſimis, ac Celiſſimis, Regibus, Electoribus, Principibus, Auguſtanæ Religionis addictis, hæcenus honeſte, utiliter, & neceſſario

in Academiis retentum est, & adhuc retinetur, nec ulla causa subest, quare novo nomine vestiatur.

Et si quidem in Decreto & Decretalibus varii legantur, & hinc inde connotentur errores; tamen non tanti sunt, ut immensam Juris Canonici utilitatem elevare possint. Nec quisquam opinetur leges sacros canones multis parasangis superare; tantum enim abest ut superent canones, ut multis parasangis ab illis superentur.

Quinimò pari passu eos jamdudum cum legibus ambulare, Justin. in Novellâ 131. c. 1. statuit, ut non opus sit eos sine causa extenuare, quos jam tantus seculorum consensus commendavit. Vide N. 83. c. 1. N. 115. c. 3. §. 14. N. 137. c. 2. Nov. Leon. 16 & 75.

Ut autem æra à lupinis discernantur, cuilibet omnes & singulos errores, prout ad singulos Decretalium titulos à magni nominis Jcto Erasmo Uingepaurio, p. m. consignati sunt, ob oculos ponere volumus, omissos addendo, ut istis explosis reliqua magnifacere, colere, & in succum & sanguinem convertere discant. A particulari enim ad Universale non valet consequentia, sunt quidam errores in Corpore Canonico. E. exhibendum. Quod si obtineret, quid de Corpore Juris Civilis fieret, & aliis disciplinis Philosophicis? Errores juris Civilis ante 10. annos cum utraque Decalogi tabulâ pugnantes proposui. Qui in Decreto hinc inde observari potuerunt, in fine superadduntur. Sunt ergo Errores Juris Canonici, & imprimis librorum V. Decretalium, uti nostrates sentiunt, hi: Adde Covarruviam lib. Var. resolut. 12. 13. 14. ubi trecenta menda à se in Decreto Gratiani emendata esse profitetur.

Errores librorum V. Decretalium.

*Ex lib. 1.
Tit. 1.
De Summâ
Trinitate.*

1. Christum descendisse ad inferos non totum secundum utramque naturam, sed animâ tantum. *c. 1. vers. quinetiam pro salute.*
2. Transsubstantiari, seu converti potestate divina in Sacramento Cœnæ Dominicæ panem & vinum jam consecrata; in corpus & sanguinem Christi, *d. c. 1. vers. una v. est fidelium.*
3. Rectam fidem & operationem bonam, æternam mereri beatitudinem. *d. c. 1. in fin.*
4. Romanam Ecclesiam esse cunctorum fidelium matrem. *c. 2. vers. in nullo tamen & c. 1. in Sexto. h. t.*

Christi

Christi sacerdotium ab eo in S. Petrum esse translatum. *t. translatio. 3. b. 1.* Quem errorem refutat *Lutherus tom. 2. Jenens. German. tit. vom Mißbrauch der Messen / p. 9.*

Ecclesia Romana omnium Ecclesiarum est mater, & Magistra. *c. 1. vers. Ecclesia a.*

Dari Sacramentum Confirmationis, quod chrismando renatos per manus impositionem confertur. *c. quanto 4.*

Sedes Apostolica omnium Ecclesiarum existit caput. *c. 19. vers. prater ea.*

Jus & potestas eligendi Regem Romanum in Imperatorem postmodum promovendum, concessa est Principibus Germaniæ à sede Apostolicâ. *c. venerabilem 34.*

Jus & autoritas examinandi, inungendi, consecrandi, & coronandi personam electam in Regem, & promovendum ad Imperium, ad Pontificem Romanum, spectat. *d. c. 34.*

Spirituale est conjugium inter Episcopum & Ecclesiam, *c. inter corporalia. 2. & c. ult. d. 1.*

Romanus Pontifex est vicarius Christi. *c. 2. & cap. ult.*

Romanus Pontifex non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris. *c. 3. vers. non enim homo. Vide elegantem & mellitum Ictum Dn. D. Taborem, amicum, ac fautorem nostrum, in Regimine Imperatorum Ecclesiastico. b. 4. p. 11. & b. 5.*

Romanus Pontifex est successor Petri. *c. ult. d. 1.*

Filius in sacerdotio genitus est illegitimus. *

Bigamus non potest ordinari.

Ecclesia Romana inter alias obtinet Principatum. *c. 10. in fin. †*

Lex divinæ constitutionis sedem Apostolicam totius posuit orbis terrarum magistram, ut quicquid dubitatur ab aliquo, ab eo tandem ejusdem ratio requiratur. *c. quod sedem 10. †*

Papa est supremus post Christum Pastor *c. 17. v. illius summi: Imperium subest Pontifici Romano, & ei obedire tenetur. v. sollicita. 6. NB.*

Per duo luminaria quæ DEUS fecit, intelliguntur dux potestates, Pontificalis nimirum, & Regalis, & per Solem significatur Pontificalis, per Lunam vero Regalis potestas, *d. c. 6.*

Quod adulterium inter delicta minora, seu leviora referatur. *c. etsi Clerici. 4. Extra. de Judic. b*

Tit. 2.
De Constitutionibus.

Tit. 3.
De Rescriptis

Tit. 4.
De consuetudine.

Tit. 6.
De Electione
& electi potestate.

Tit. 7.
De Translatione Episcopi.

Tit. 17.
* De Filiis
Presbyterorum
ordinandis.

Tit. 21.
De Digamis
non ordinandis.

† Tit. 29.
De officio &
potestate judicis delegati.

† Tit. 31.
De officio Judicis ordinarii.
Quod

NB. Tit. 33. Quod non solum cum Juredivino pugnat, quo adulterium, pro delicto atrociores habetur, & capitali pœnâ plectitur, *Levit. 20. De Majori tate & obedientia. v. 10. Deuter. 22. v. 22. Job. 8. v. 5.* sed etiam ipsi Juri Canonico in *Quid. 16. causâ 32. qu. 7. est contrarium.*

θ Lib. 2. T. 1. Innocentius IV. Fridericum Imperatorem omni honore & De *Judiciis.* dignitate exuit, omnesque subditos juramento fidelitatis solvit, *c. 2. circa fin. de Sent. & Rejud. in Sext.* Et hos binos errores superiores Ungepaur non habet.

Tit. 2. Romana Ecclesia est omnium Ecclesiarum mater atque Mater *De Foro com. petenti.* gistra, *c. 20. vers.* Quia tamen omnium. Secundum plenitudinem potestatis de jure potest supra Jus

Lib. 3. T. 8. Papa dispensare *c. 4.* Nec hunc Errorem Ungepaur habet. De *Conces- sione Præ- bendarum.* Locum Dei Pontifex in terris tenere dicitur, *c. Un.* Nec hunc Ungep. habet. (*m*)

(*m*) Tit. 12. Circa vota in Jure Canonico multi reperiuntur errores, qui cum S. Scripturâ pugnant, quos refutarunt Theologi nostrates, præ- Ut *Ecclesia- fertim. Albertus Gravverus in parte. 8. & ult. suarum prælection. in Augu- stica benefi- stan. Confess. in 6. Abusu de Votis Monachorum, & Johannes Gerhardus stia sine de- in Disp. synopt. contra Rob. Bellarminum, Disp. de Monachis & Laicis, nu- minutione- mero 19. & seqq. qui legi debent. (o)*

conferantur Quod qui ducit meretricem ex lupanari in uxorem, faciat opus (*o*) T. 34. charitatis, & cedat ipsi in remissionem peccatorum. *c. 20. Extra de De Voto, & Sponsal. concordat cum can. fin. causa 32. q. 1. ubi ex Propheta Oseâ, c. 1. Voti redem- vers. 2. & 3. evincere conantur. (p)*

ptione. Cognatio spiritualis prohibet matrimonium. Quem erro- (*p*) Lib. 4. T. 1. rem refutavit Ungepaur. *in error. Just. error. 7. (q)*

De Sponsali- bus, & Ma- Cognatio legalis impedit matrimonium. Quem errorem- trimoniis. taxat B. Lutherus tom. 2 *Jen. German. tit. vom Ehelichen Leben / c. 1. p. 149 fac. b. (r)*

(*q*) Tit. 11. Quod nuptiæ in lineâ collateralis inæquali ad quartum usque De *cogna- gradum consanguinitatis seu Affinitatis prohibeantur, propterea- tionem spiri- quod quatuor sint humores in corpore humano, qui constant ex tuali. quatuor Elementis, c. pen. Extra de Consangu & Affin. mirum, quod (r) Tit. 12. non addiderit, quia & 4. sunt venti principales seu Cardinales, 4. De *Cogna- plagæ mundi, 4. rotæ plaustris, & 4. anguli hypocaufti. (s)**

itione Legali. Papa

Papa est vicarius Christi, *c. 13. vers. ejus vicarius. (1)*

Secundæ nuptiæ non debent benedicì. *c. 1. & 3.*

Quod mulieri intra annum luctus impunè, & citra infamiæ
notam nubere liceat. *c. 4. & 5. Extra. d. secund. Nupt. (u)*

*Seqvuntur errores ex Decreto hinc inde notati,
ut & sexto Decretalium, Clementinis,
& Extravagantibus.*

1. Quod Pontifex Romanus super gentes, & regna à Domi-
no sit constitutus, & principatus potestatem habeat, *c. 14. D. 96.
c. 1. de consuetud. in Extravagant. commun.* Quod non solum effato
Christi, *Luc. 22. v. 25.* directo contrariatur: Reges gentium domi-
nantur eis, & qui potestatem habent super eas, vocantur benefici.
Vos autem non sic. Sed qui major est in vobis, fiat sicut junior, &
qui Princeps est, sicut qui ministrat, uti ego in medio vestrum sum,
velut qui ministrat. Cui consentit *Petrus 1. Epist. c. 5. v. 3.* Presbyteri
non dominantur Clericis, sed & in canonibus Pontificiis repugnat.
c. 12. §. quicumq; D. 40. c. 6. D. 45.

2. Quod Romana Ecclesia jus habeat de omnibus judicandi,
nec cuiquam liceat judicare de ejus judicio, *c. cunctæ 17. causa 9. q. 3.
Contra dictum Joh. 20. v. 23.*

3. Quod Papa omnes judicare, ipsum vero nemo redargue-
re possit, etiamsi innumerabiles populos catervatim secum in ge-
hennam ducat. *c. si Papa. 6. D. 40.* Volunt ipsum ἀκριτον, & ἀν-
πεύθυνον, Παμβασιλέα, quæ est perfectissima Monarchiæ species,
apud Aristotelem lib. 3. Polit. c. 14.

4. Quod Papa non puri hominis, sed veri Dei vicem gerat in
terris. Unde DEUS vocatur *c. 7. D. 96. c. sacerdotibus. 41. causa. 11.
q. 1. supra c. quando. 3. Extra. de Translat. Episc.*

5. Quod uti aurum præfertur plumbo: Sic autoritas sacra
Pontificum præferenda sit potestati Imperatoriæ. *c. duo sunt. 10. D. 96.*

6. Figmentum de Donatione Constantini M. Sylvestro Papæ
facta habetur in palea. *c. Constantinus. 14. d. D. 96.*

7. Quod Imperator ex Papæ pendeat arbitrio. *d. can. 10. D. 96.
Ejusque potestati subiectus. c. si Imperator. 11. D. 96. c. suscipitis. 6.
D. 10.*

(5) Tit. 14.

De consan-
guinitate &
Affinitate.

(1) Tit. 17.

Qui filii sint
legitimi.

(u) Tit. 21.

De secundis
Nuptiis.

D. 10. Ita ut etiam excommunicari ab eo possit. *d. c. 10.* Quod Imperator à Papa Imperii coronam accipiat. *Clement. un. de Jurejur.* Quod Ecclesia Imperium Romanum à Græcis transtulerit in Germanos, *d. Clem. un. cap. venerabilem. 34. Extr. de Elect.* Quod Jus & potestas Imperatorem eligendi ab Apostolicâ sede proveniret, *d. cap. venerabilem.* Quod Impetio vacante, Papa Imperatori succedat. *Clem. Pastoralis in fin de sent. & Rejud.*

8. Quod nuptiæ secundæ in ipsâ rei veritate sint honesta quædam fornicatio. *c. hac ratione 9. causâ 31. q. 1. & quod Presbyter convivio secundarum nuptiarum interesse non debeat. c. de his 8. ead. causa & q.* Quamvis in eadem causâ ac quæst. *c. Deus 12. & 13. DEUM* secundas nuptias in utroque testamento concessisse, ideoque secundas nuptias non esse damnandas statuatur, cui accedit dictum Apostoli, *1. Corinth. 7. vers. 31.* Mulier, si dormierit Vir ejus, liberata est à lege, liberata est ad nubendum cui vult, tantum nubat in Domino.

9. Quod concubinam habere liceat. *c. 4. s. D. 34.* quamvis vetustiores canones concubinatum damnant. *c. concubina. 5. causa 32. q. c. nemo blandiatur 4. c. dicat aliquis. 9. causa 32. q. 4.* quod sacris literis est conveniens. *1. Corinth. 5. v. 1. 2. & 6. v. 9. Gal. 5. v. 19. Ephes. 4. v. 19. & c. 5. v. 3. Collos. 3. v. 5.*

10. Quod qui vitiatam pro virgine, vel meretricem pro castâ duxit, eam in uxorem retinere debeat. *c. quod autem in fine causa 29. q. 1. juncto c. quemadmodum 25. Extra. de Jurejur.* contra dispositionem Juris divini, *Deut. 22. v. 21.* ubi non solum vitiata à viro repellitur, sed & insuper lapidari jubetur. Item contra *Nov. Leon. 93. & L. 11. §. 5. D. de Act. Empt.*

11. Quod ex sententia Augustini permittatur adulterium, ut evitetur homicidium *c. 9. causâ 33. q. 2.*

12. Quod de his qui Christi corpus sacro ore conficiunt, nil mali sit suspicandum. *c. absit. 14. causa 11. q. 3.* etsi aliter ipsi agant. *c. sacerdotes. 8. causa 2. q. 7.* cum summi sacerdotes à Deo sint iudicandi, non ab hominibus. *c. 15. d. causa & q.* unde secundum *Gl. d. c. absit,* clericus amplectens mulierem, animo benedicendi eam hoc facere creditur, eamque osculans non præsumitur hoc facere animo Venerio, sed ex charitate, & bono zelo, neque in eo præsumitur adulterii præludium. *per c. in Scripturis 8. D. 96.* Verum à tali charitate libera

14
libera nos Domine, neque enim talis charitas nobis in sacris literis est
præscripta, sed potius mandatum, ut ab omni etiam specie mali ab-
stineamus. 1. ad Theſſalon. ult. vers. 22.

13. Quod reum ad Ecclesiam fugientem nemo extrahere audeat,
neque inde donare ad pœnam, vel ad mortem, ut honor DEI & San-
ctorum ejus, conservetur. c. 6. D. 87. c. 9. causa. 17. q. 4. Vide con-
trarium Exod. 21. v. 14. adde Nov. 117. c. ult.

14. Quod omnia amicorum debeant esse communia, con-
cluditur, & conjuges communes esse debere, c. dilectusimis. 2. causa
12. q. 1.

15. Spiritus S. præsentiam non dari in actibus conjugalibus,
dicitur in c. connubia 4. causa. 32. q. 2.

16. Nullum Christianum mercatorem esse posse asseritur,
c. 11. D. 88.

17. Aquam lustralem diabolos fugare & spectra arcere dicitur
c. 20. D. 3. de Consecrat.

18. Quod ad excusandum, seu explorandum furtum si Cœnam
cum appendice sumere debeamus: Corpus Domini sit mihi ad
probationem hodie. c. saepe contingit. 23. causa. 2. q. 5.

19. Fillum spiritualem, seu commatrem non posse duci in
uxorem dicitur c. 5. causa. 30. q. 1.

20. Alios ad perjuriam attrahentes, vel quacunque corruptione
solicitanes ad exitum vitæ communicare non debere præcipit, c. si
quis convictus. 7. causa 22. q. 5.

21. Sexcenta & alia habet ridicula, quale est illud: Baptizo
te in nomine Patriæ, & Filiæ & Spirituæ Sanctæ, c. retulerunt. 86. D. 4
de consecrat. Et quod de podagræ curatione habet. c.

legimus. 30. D. 5. de Consecrat.



(Mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including fragments of Latin and numbers 19, 20, 21, and 22.)



Papa est vicarius Christi, *c. 13. vers. ejus*
Secundæ nuptiæ non debent benedici.
Quod mulieri intra annum luctus im-
mota nubere liceat. *c. 4. & 5. Extra. d. secun-*

Sequuntur errores ex Decreto h-
ut & sexto Decretalium,
& Extravagantibus

1. Quod Pontifex Romanus super ge-
no sit constitutus, & principatus potesta-
c. 1. de consuetud. in Extravagant. commun.
Christi, *Luc. 22. v. 25.* directo contrariatur:
nantur eis, & qui potestatem habent super
Vos autem non sic. Sed qui major est in vobis
qui Princeps est, sicut qui ministrat, uti ego
velut qui ministrat. Cui consentit *Petrus 1. 2.*
non dominantur Clericis, sed & in canonibus
c. 12. §. quicumq. D. 40. c. 6. D. 45.

2. Quod Romana Ecclesia jus habeat
nec cuiquam liceat judicare de ejus judicio.
Contra dictum Joh. 20. v. 23.

3. Quod Papa omnes judicare, ipsu-
re possit, etiam si innumerabiles populos
hennam ducat. *c. si Papa. 6. D. 40.* Volunt ip-
πέτυνον, Παμβασιλεία, quæ est perfectissima
apud Aristotelem lib. 3. Polit. c. 14.

4. Quod Papa non puri hominis, se-
terris. Unde DEUS vocatur *c. 7. D. 96. c.*
q. 1. supra c. quant. 3. Extra. de Translat. Ep

5. Quod uti aurum præfertur pluri
Pontificum præferenda sit potestati Impera-

6. Figmentum de Donatione Const.
facta habetur *in palea. c. Constantinus. 14. d. 1.*

7. Quod Imperator ex Papæ pendeat
Ejusque potestati subiectus. *c. si Imperato*

(s) *Tit. 14.*
De consan-
infamiae *guinitate &*
Affinitate.

tati, (t) *Tit. 17.*
Qui filii sint
legitimi.

(u) *Tit. 21.*
De secundis
Nuptiis.

à Domi-
14. D. 96.
m effato
n domi-
benefici.
nior, &
m sum,
resbyteri
repugnat.

judicandi,
14. D. 96.

redargue-
um in ge-
& à vu-
e species,

m gerat in
causa. 11.

ritas sacra
10. D. 96.
astro Papæ

10. D. 96.
inscipitis. 6.
D. 10.

